



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

3. Creditæ Nobis &c. Constitutio qua locorum Ordinariis Italiæ,
Insularumque adjacentium districtè mandatur, ut Seminariorum
erectionem sedulò promoveant, eorumque honestæ substentationi
provideant ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)

stinus Pipia totius ordinis Magister Generalis Religioſæ vitæ exemplis, ac doctrina prudentiæ commendatiffimus ſupplici libello ad Nos detulit, ea benignitate complexi ſumus, quam & veſtra in Catholicam Religionem ampliffima merita, & Noſtra, quam dudum profeſſi ſumus erga ordinem Prædicatorum obſervantia filialis, Noſtræque demum humilitati impoſitum paternæ caritatis, & ſollicitudinis officium poſtulabant. Quod igitur agrè admodum, ut par eſt moleſteque feratis erroribus à ſel. rec. Clemente Papa XI. Prædeceſſore Noſtro per Conſtitutionem, quæ incipit *UNIGNITUS DE FILIIS*, ſaluberrimo, & ſapientiffimo iudicio rejectis damnatiſque Auguſtinianæ & Angelicæ Doctrinæ nomen obtendi, indeque audeque audere nonnullos Apoſtolice auctoritati, ac veſtræ eſtimationi detrahere, quod ipſa veſtrarum ſententiarum capita ejus Conſtitutionis cenſuris, notique inuſta eſſe calumniantur; Juſtam quidem animorum veſtrorum offenſionem laudi damus; qua nimirum vos germanos S. Thomæ diſcipulos maxime probatiſ. Magiſterio enim tanti Doctōris imbutos nihil decet magis, quam ut in additiſſima huic Sanctæ Sedi Fide obedientiaque præcipuum ſtudiorum ſuorum fructum, & laudem collocent; & abſonas refragantesque Apoſtolicis Decretis opinionones non averſentur modò, ſed per arma etiam lucis, & veritatis diſſipent, & evertant. Tantum tamen abeſt ut vicem veſtram doleamus, ut vobis potius gratulemur, quod hæc etiam in parte cauſa veſtra ab hujus Sanctæ Sedis rationibus ſejuncta eſſe non potuerit; quodque alienæ proſus calumniôſæque interpretationes ad conſtandam memoratæ Conſtitutioni invidiam temerè excogitatæ ad injuriam quoque veſtri nominis redundarint. Cæterum non aded vobis erat, aut dolendum, aut mirandum, quod cum ipſis Divinorum librorum oraculis, & Apoſtolicis definitionibus pro impotenti, obſtirmatoque partium ſtudio paſſim viſ afferatur, hæc eadem contentioniſ pervicaciæque licentia Angelicam Doctrinam atteritare non dubitaverit. Illud potius jure mirandum, quod tam præpoſtèro conſilio in hæc cauſa locus eſſe potuerit, ubi Sancti Thomæ exploratiſſimis ſententiis, damnati errores diſcretiſſimè conſutantur. Quandoquidem omnipotentis Dei providentia factum eſt (a), ut Angelicæ Doctōris vi, ac veritate Doctrinæ, non ſolum innumera, quæ vel ipſius ætate, vel antea graſſatæ ſunt, ſed multæ etiam deinceps exortæ ſunt hæreſes, confulæ, & convictæ diſſiparentur. Magno igitur animo contemnite Dilecti filii, calumnias intentatas ſententiis veſtris de gratia præſertim per ſe, & ab intrinſeco efficaci, ac de gratuita prædeſtinatione ad gloriam ſine ulla præviſione meritorum, quas laudabiliter hætenus docuiſtis, & quas ab ipſis SS. Doctōribus Auguſtino, & Thoma ſe hauſiſſe, & verbo Dei ſummorumque Pontificum, & Conciliorum Decretis & Patrum dictis conſonas eſſe ſchola veſtra, commendabili ſtudio gloriatur. Cum igitur bonis, & rectis corde ſatis conſtet, ipſique calumniatores, niſi dolum loqui velint ſatis perſpiciant SS. Auguſtini, & Thomæ (b) inconcuſſa, tutiſſimæque dogmata nullis proſus antedictæ conſtitutionis cenſuris eſſe perſtricta, ne quis impoſterum eo nomine calumnias ſtrere, & diſſentiones ferere audeat, ſub Canoniciſ pœnis diſtrictè inhibebimus. Pergite porrò Doctōris veſtris opera ſole clariora ſine ullo proſus errore (c) conſcripta, quibus Eccleſiam Chriſti miræ eruditione clarificavit (d) inoffenſo pede decurrere, ac per certiffimam illam (e) Chriſtianæ Doctrinæ regulam ſacro Sanctæ Religionis veri-

tatem incorruptæque diſciplinæ ſanctitatem tueri, ac vindicare. Hæc ſunt enim Dilecti filii quæ Prædeceſſores Noſtri de Sancti Thomæ doctrina ſenſerunt, & prædicarunt; quæque Nos non modò ad curarum veſtrarum lenimentum, ſed ad animi quoque Noſtri ſolacium libentiſſimè uſurpamus; & præconio Apoſtolice vocis efferimus. Inclytus enim ordo iſte cui nomen dedimus; & quem expreſſe, Domino miſerante, profeſſi ſumus eodem Angelicæ doctrinæ lacte Nos aluit, ac licet impari inſtitutionis fructu, ad gerendam Eccleſiarum ſollicitudinem eduxit; ut privato etiam diuturnoque colendarum artium experimento edificere poterimus, quod ex Apoſtolatus ſpecula per hæc Litteras annunciamus. Deum interea, qui pacem, & veritatem diligendam præcipit, ſupplices rogate; ut ſincero Angelici Doctōris ſtudio, omnes in ſimplicitate cordis nitantur; quæ ille docuit, intellectu conſpicere, atque in unitate ſpiritus, & caritate fraternitatis quæ ille egit imitatione complere. Ad Vobis, Dilecti Filii, Apoſtolicam benedictionem peramanter imperimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 6. Novembris 1724. Pontificatus Noſtri anno primo.

Carolus Archiepiſcopus Emiſſenſis.

- (a) Pius V. in Bulla Mirabilis Deus 1567.
 (b) Alexander VII. in Brevi incipiente Litteras 1660.
 (c) Clemens VIII. in Brevi incipiente Dilecti Filii 1603.
 (d) In Collecta feſt.
 (e) Pius V. in Bulla ut ſupra.

CONSTITUTIO

III.

Qua locorum Ordinariis Italiz, Inſularumque adjacentium diſtrictè mandatur, ut Seminariorum erectionem ſedulò promoveant, eorumque honeſtæ ſubſtentationi provideant Taxâ, & ſubſidiariâ reſpectivè unione Beneficiorum juxta modum à Sacro Tridentino Concilio præſcriptum; ac inſuper nova inſtituitur Congregatio Seminariorum nuncupanda, quæ recto illorum regimini, & adminiſtrationi præſideat, cum aliis ordinationibus, & clauſulis, ac derogationibus opportunit.

BENEDICTUS EPISCOPUS.

*Servus Servorum Dei; Ad perpetuam
rei memoriam*

CREDITÆ Nobis cœlitus diſpenſationis Officium ſalubriter exequi, adjuvante Domino, ſatagantes, ad ea mentem, curaſque Noſtras libenter convertimus, per quæ ſedulæ Clericorum inſtitutioni opportunè proſpicitur. Ubi enim illi à teneris annis, ſeu plantæ novellæ, benigniori culturâ educentur, Litterarumque ſcientiam in Seminariis accuratè informantur, cum poſteâ ad laborioſa Eccleſiaſtica Miniſteria in Viam Dominicam tranſplantantur, Eccleſiarum regimini, populorumque ſaluti maxime fructuoſos, ac utiles eſſe diuturnâ plurimorum annorum experientiâ ſatis comperimus.

Exordium à ſuis pro ſedula Clericorum inſtitutione curis.

Præcipit ut in rubr.

§. 1. Cum itaque Seminarium Ecclesiasticum erectio à Sacra Tridentina Synodo *cap. 18. sessione 23. de reformat.* Episcopis omnibus tantopere commendata, & ad Ecclesiasticam Disciplinam conservandam aded necessaria, in pluribus Cathedralibus Ecclesiis, quemadmodum non sine gravi animi Nostri onerore accepimus, hucusque neglecta fuerit; Nos pro Pastoralis vigiliantia Nostre debito pium hoc, & sanctum opus strenue promovere cupientes, Motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostri, deque Apostolica potestatis plenitudine universis, & singulis Locorum Ordinariis Italiae, Insuperque adjectum, hac Nostre perpetuo valitura Constitutione districtè injungimus, præcipimus, & mandamus, ut in Cathedralibus, in quibus Seminarium hætenus erectum non fuit, illud quamprimum erigi, ac omnino institui curent. Ubi verò jam reperitur erectum, sed congruis redditibus ad Alumnorum, Magistrorumque sustentationem necessariis instructum non est, de iis, ut infra, opportune provideant. Utroque igitur casu, nimirum tam pro erectione novi Seminarium, quam pro supplemento reddituum Seminarium jam erecti, Taxam cum consilio duorum de Capitulo, & totidem de Clero consuecant à memorato Tridentino Concilio *cap. 18. sessione 23. de reformat.* præscriptam, incipiendo ab integris fructibus Mensæ Episcopalis, & absque ullo discrimine prosequendo juxta normam ibidem expressam, & providè constitutam. Eidem verò Taxæ omnia, & singula Beneficia Secularia, & Regularia per quoscumque, etiam Venerabiles Fratres Nostros Sacre Romanæ Ecclesiæ Cardinales, nec non Nostros, & pro tempore existentis Romani Pontificis Familiares, & Cameræ Nostre Apostolicæ Clericos, Ministros, ac Officiales quoscumque præsentis, & futuri obtenta, & in posterum obtinenda, ac omnia insuper Beneficia Secularia Prioratibus, Commendis, vel Bajulatus Ordinis Fratrum Sancti Joannis Hierosolymitani quomodocumque unita, aut de cætero unienda, nec non fructus, ac redditus Confraternitatum Laicorum, ex certis fundis, & capitalibus provenientes (non autem summas pecuniarias, quæ à Confratribus quolibet mensè, vel anno, vel per modum elemosinæ, vel in vim Statutorum contribuntur) subijci, & ad illius solutionem perpetuo teneri decernimus, statimus, & mandamus; Declarantes ab eâ exemptos esse debere Regulares pro iis tantum Beneficiis, vel fructibus, quorum ratione ipsis Apostolica Sedes discretè, ac expressè, & ex causâ verè, ac propriè onerosâ indulget, ut ab onere Taxæ pro Seminario exempti sint.

Taxa summa & Exactor.

§. 2. Porro ejusmodi Taxa juxta locorum qualitatem respondere debeat summæ scutorum trium pro quolibet centenariò proventuum Beneficii, & si necessitas urgeat, augeatur etiam usque ad summam quinque pro centenariò, ita nunquam minor scutis tribus, neque major sit scutis quinque pro quolibet centenariò, & anno; ac in illius confectione regula à Tridentino Concilio in prædicto *cap. 18.* sancita accurate, & ad amissum observetur. Donec autem nova hæc Taxa confecta, & à Congregatione à Nobis deputata, ut infra dicitur, approbata fuerit, alia Taxa, quam Seminarium antea exigere consueverat, omnino persolvatur. Cæterum nova Taxæ exactio semper committatur personæ fide, & facultatibus idoneæ ab Episcopo, & Cathedralis Ecclesiæ Capitulo specialiter approbandæ, ac

deputandæ, ita quidem ut quoties Exactor hujusmodi negligens, aut minus idoneus reperiatur fuerit, illius culpam idem Episcopus, & Capitulum præstare debeant, & pro non exactis, atque perditis respectivè de proprio teneantur, licetque Seminario tam contra Exactorem, quam contra Deputantes, eorumque hæredes, quocumque tempore agere necdum pro perditis, sed etiam pro non exactis ad præstatam Taxam faciendæ normam, & quantitatem, non nisi in appellatione ad nos in

§. 3. Præterea Episcopi, & Capitula portiones, seu quotas sibi obtinentes juxta præstatam Taxam quolibet anno realiter, & cum effectu deponere teneantur penes Exactorem, deputatum, qui eas solvat, seu erogat in sumptus pro Seminario manutenzione necessarios, & tam hujus depositi, quam successivè solutionis, seu erogationis, simulque cujuslibet alterius exactiois non factæ, & qua de causâ documentum per eisdem Episcopos, & Capitula ad antedictam Congregationis Secretarium quotannis transmittatur.

§. 4. Quod si in aliqua Diocesi computatis propriis Seminarium redditibus, si qui sint, nec non Beneficiorum antea cum effectu illi unitorum, ac fructibus parvorum Conventuum superiorum præcedenter applicatis (quas quidem tum Beneficiorum uniones, tum applicationes fructuum parvorum Conventuum firmas esse volumus) per hujusmodi etiam Taxam erectioni, & sustentationi Seminarium ad necessitatem nimirum uniuscujusque Diocesis, & Alumnorum, non autem ad pompam, & voluptatem, sufficienter provideri nequiverit, tunc, & eo casu, ac in subsidium tantum, Ordinarii locorum eidem Seminario unire, & applicare possint, ac debeant Beneficia simplicia cujuscumque qualitatis, & dignitatis fuerint, etiam Jurispatronatus Ecclesiastici, vel quomodocumque affecta, & dispositioni Sedis Apostolicæ reservata, sine tamen ullo divini cultus, ac illa obtinentium præjudicio. Hæc porro unio fiat statim, & ante eorundem Beneficiorum vacationem: nempe uniantur Beneficia primo loco vacatura usque ad certum annui redditus quantitatem in ipsâ unione specificandam, quæ computatâ Taxâ insufficienti, satis esse possit sustentationi certum numerum Alumnorum pro unoquoque Seminario designatorum, ipsaque unio, statim ac Beneficia prædicta quomodocumque vacaverint, debitum, atque integrum sortiatur effectum, sel. rec. Clementis VIII., ac Urbani pariter VIII., nec non aliorum quorumcumque Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum Constitutionibus, vel Decretis in contrarium facientibus non obstantibus.

§. 5. Cæterum considerantes Monasteria, Prioratus, & Beneficia Conventualia, nec non aliqua alia indispensabiliter necessaria esse, ac fore pro congrua sustentatione S. R. E. Cardinalium, & Ministrorum Romano Pontifici, & Sedi Apostolicæ actualiter inservientium, volumus, & declaramus, quod Abbatie, Prioratus, & Monasteria Conventualia, seu Beneficia quovis modo Apostolicâ autoritate commendata, & ad præsens obtenta, ac in futurum obtinenda per antedictos S. R. E. Cardinales, seu veros, & proprios Papæ Familiares, Nuncios Apostolicos, & Prælatos, Congregationum, quibus iidem S. R. E. Cardinales interfunt, Secretarios dumtaxat, memoratis Seminarium uniri, & applicari nunquam possint, & uniones, quas forsitan fieri contigerit, nullæ, ac irritæ prorsus sint, firmâ in reliquis remanente libertate, &

Ejus solutio.

In casu insufficientie prædictorum, Ordinarii alia Seminario Beneficia unire possunt.

Præservantur Beneficia pro congrua Sedis Apostolicæ Ministrorum sustentatione commendata.

facul.

facultate uniendo (servata tamen forma superius expressa, & non aliter) cetera omnia Beneficia, etiam, ut praefertur, affecta, & reservata, vel aliis ad provisionem, ac dispositionem Sedis Apostolicae quomodolibet pertinentia.

§. 6. Cum autem, sicut accepimus, Seminaria plerisque in locis ideò erecta minimè reperiantur, vel quia Episcopi Taxam conficere detrectant, ne illam à semetipsis inchoare cogantur, vel quia Beneficia simplicia, quorum dispositio ad eos liberè spectat, occurrente illorum vacatione, suis Familiaribus, aliisve personis sibi gratis, & bene visis conferre volunt; Hinc est quod Nos omnes scopulum, ac obicem impeditivum boni spiritualis ab ejusmodi Seminariorum erectione provenientis è medio prorsus tollere, ac removere intendentes, motu, scientia, ac potestatis plenitudine paribus, Congregationem Seminariorum nuncupandam, in qua Venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales Congregationi super negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium, nec non Congregationi Interpretum Concilii Tridentini praefati, utriusque Congregationis Secretarii Datarii, seu Prodatarii ac Subdaturii, nunc, & pro tempore existentes esse debeant, tenore praesentium perpetuò erigimus, ac instituímus, ejusdemque Congregationis Secretarium illum ipsum, qui Congregationis Concilii praedicti Secretarius pro tempore fuerit, constituimus; ac deputamus; praedictaque Congregationi, ac illius Secretario omnium, & singulorum Seminariorum in locis, ubi adhuc erecta non sunt, erigendorum, & ubi erecta quidem sunt, sed sufficientes non habent redditus, iis pro modo indigentiae, ut praefertur, augendorum omnimodam curam committimus, ac demandamus, nec non ejusdem Congregationis Deputatis praedictis semel singulis mensibus, & quoties opus fuerit, se congregandi, dictorum Seminariorum erectionem promovendi, jam erectorum statum, & proventus recognoscendi, eorum necessitatibus opportune consulendi, Taxas approbandi, reformandi, & augendi, numerum Alumnorum in singulis Seminariis taxandi, & praefigendi, cumque pro modo reddituum augendi, & minuendi, Statuta pro recto, felicitate eorundem Seminariorum regimine, & administratione condendi, eaque mutandi, variandi, corrigendi, ac toties quoties illis expedire videbitur, de novo faciendi, emergentes controversias summarè, solaque facti veritate inspecta, cognoscendi, & definiendi, Visitatores etiam, qui ejusmodi Seminaria diligenter perlustrant, & an rectè, atque fideliter administrantur, ac in iis potissimum regula à Tridentino Concilio praescripta sedulo adimpleantur, inspiciant, & recognoscant, ubi, quando, & quoties opus esse judicaverint, facto tamen prius verbo cum Romano Pontifice pro tempore existente, delegandi, ac deputandi, aliaque in praemissis necessaria, & opportuna pro datà ipsis à Domino prudentia, decernendi, & gerendi, & exequendi, plenariam, atque omnimodam facultatem, potestatem, & auctoritatem tribuimus, concedimus, ac impartimur.

§. 7. Universis itaque Episcopis, quorum in Diocesis non adsunt, vel congruis redditibus instructa non sunt, Seminaria, per praesentes injungimus, & mandamus, ut quamprimum praefatam Taxam sedulo conficiant, eamque ad antedictae Congregationis Secretarium infra sex menses à die publicationis praesentis Constitutionis computandos omnino transmittant una cum distincta, & accurata relatione omnium Beneficiorum suarum Dioecesium, eorumque annui valoris, nec non lo-

corum, animarumque, & Ecclesiarum in illis existentium cum suis qualitatibus, ad hoc ut eadem Congregatio, omnibus maturè perpensis, statuere possit, an praedicta Taxa approbari, necne debeat, simulque numerum Alumnorum in unoquoque Seminario retinendorum, & summam pro singulorum sustentatione necessariam praescribere, & reliqua tandem omnia, quae rectè eorundem Seminariorum administratione, sedulaque Alumnorum institutione utilia, ac opportuna judicaverit, salubriter decernere valeat.

§. 8. Omnibus insuper Episcopis praefatis, ne de cetero pro se, vel suis Vicariis, aut Familiaribus quibuscunque, sub quovis colore, & praetextu, habitatione, coquina, famulis, Ministris, aut Officialibus Seminarii, vel Lectoribus, Magistris, Sacerdotibus, Clericis, quoquomodo infervientibus eidem Seminario, & Alumnis, vel à Seminario salariatis, & sustentatis, ac quomodocunque retentis, uti audeant, districtè sub poena Interdicti ab ingressu Ecclesiae vetamus, ac inhibemus: Non tamen per hoc prohibere intendimus Episcopo Pontificalia exercenti, ne Caeremoniarum Magistro, vel Sacerdotibus à Seminario retentis, uti possit: imò ut eorum opera, ac assistentià in hujusmodi sacris functionibus liberè uti valeat, plenam ipsi Episcopo tribuimus facultatem.

§. 9. Postremò saluberrimè praefati Concilii dispositioni inhaerentes, volumus, praecipimus, & sancimus, ut in omnibus Seminariis tam haecenus erectis, quam in posterum erigendis, Alumni Grammatices, Cantus Gregoriani, Computi Ecclesiastici, aliarumque bonarum artium tantum disciplina erudiantur, & Sacrae Scripturae, Cathedismi, aliorumque Ecclesiasticorum Librorum, praesertim verò de Sacramentis, Sacrisque Ritibus, & Caeremoniis tractantium, lectioni diligenter incumbant, ut cum ad Vineam Domini excolendam vocati fuerint, dignos, peritos, utilesque Operarios sese probare valeant, fructumque ei reddant uberrimum temporibus suis.

§. 10. Decernentes praesentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existerè, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, nec non praemissa omnia, & singula in illis contenta per eos, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, exactè, & inviolabiliter perpetuò observari; Sicque, & non aliter per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, & alios quoslibet quacunque potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, ac auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 11. Non obstantibus quatenus opus sit, Nostri, & Cancellariae Apostolicae Regulis quibuscunque, & praefatis Clementis VIII., & Urbani pariter VIII. Praedecessorum Nostrorum aliisque Apostolicis, etiam in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis ad favorem quarumcunque personarum editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non quorumvis Ordinum, Congregationum, Societatum, ac Institutorum, aliisve quibusvis, etiam jumento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alià roboratis statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque Indultis, & Litteris Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & Institutis sub quibuscunque verborum tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis déro-

Inhibetur
iisdem usus
infervientium
seminario cum
praeservatione
Episcopi
Pontificalia
exercentis.

Studia quibus
in praefatis
seminariis
incumbendum.

Decretum
roborans, irritans &
Clausula
sublata

Derogatio
contrariis.

Erigitur
Congregatio
Seminariorum
cum
opportunitate
facultatibus.

Mandatum
ad Episcopos
de taxa
conficienda &
praefatae
Congregationi
transmittenda.

gatoriis, aliisque efficacissimis, & insolitis clau-
sulis, irritantibus, & aliis Decretis in genere,
vel in specie, vel aliàs quomodolibet in con-
trarium præmissorum concessis, confirmatis, &
innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam
si pro sufficienti illorum dèrogatione de illis,
eorumque totis tenoribus specialis, specifica, &
individua, ac de verbo ad verbum, non autem
per clausulas generales idem importantes, men-
tio; seu quævis alia expressio habenda, aut ali-
qua alia exquisita forma ad hoc servanda foret,
tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum
inferentur, præsentibus pro plenè, & suffi-
cienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs
in suo robore permanentibus, ad præmissorum ef-
fectum hac vice dumtaxat specialiter, & ex-
pressè derogamus, cæterisque contrariis quibus-
cumque.

Publicatio-
nis manda-
tum & fides
transump-
torum.

§. 12. Ut autem præsentès Literæ ad om-
nium notitiam facilius deveniant, & nemo illarum
ignorantiam allegare valeat, volumus illas, seu
earum exempla ad valvas Ecclesiæ Lateranensis,
& Basilicæ Apostolicæ, Curiaque Generalis in Mon-
te Citatorio, ac in acie Campi Floræ de Urbe,
ut moris est, affigi, & publicari, sicque pub-
licatas, & affixas omnes, & singulos, quos
illa concernunt, perinde arctare, & afficere, ac
si unicuique eorum nominatim, & personaliter
intimata fuissent; utque earundem præsentium
Literarum transumptis, seu exemplis, etiam im-
pressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis,
& sigillo Personæ in Ecclesiasticâ dignitate consti-
tuta munitis eadem ubique fides in iudicio, &
extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhibe-
retur, si forent exhibitæ, vel offensa.

Sanctio pec-
nalis.

§. 13. Nulli ergo omninò hominum liceat
hanc paginam nostrarum voluntatis, sanctionis,
prohibitionis, institutionis, deputationis, præ-
fectionis, commissionis, mandati, decreti, &
derogationis infringere, vel ei ausu temerario
contraire. Si quis autem hoc attentare præsump-
serit, indignationem Omnipotentis Dei, ac
Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se-
noverit incursum. Datum Romæ apud S. Pe-
trum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sep-
tingentesimo vigesimo quinto, septimo Idus Maij
Pontificatus Nostri Anno I.

D. 9. Maij
1725. P. A.
Primo.

P. M. Card. Prodat.

F. Card. Oliverius.

Visa de Curia I. C. Archiepiscopus Amesanus.

Loco † Plumbi.

L. Martinettus.

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno à Nativitate Domini millesimo septingentesimo
vicesimo quinto, Indictione tertia, die verò 8.
mensis Junii, Pontificatus autem SS. in Christo
Patris, & D. N. D. BENEDICTI. Divi-
nâ Providentiâ Papa XIII. Anno secundo supra-
dicta Litera Apostolica affixa, & publicata fue-
runt ad valvas Basilicarum Lateranensis, Prin-
cipis Apostolorum, & S. Mariæ Majoris de Ur-
be, & in acie Campi Floræ, & in aliis locis
solitis, & consuetis per me Franciscum Baldum
Apost. Cursorem.

Antonius Pellicia Magister Curforum,

Constitutio qua san. mem. Gregorii Papæ XIV.
Literæ Apostolica certa excipientes delicta, &
casus, in quibus Inquisiti Laici Ecclesiasticâ
Immunitate gaudere non debent, confirman-
tur, declarantur, & ad alia etiam delicta,
& casus extenduntur; ac ampliuntur: Nec
non Curis Ecclesiasticis forma in eorumdem
Inquisitorum extractione à locis immunitibus
observanda præscribitur, cum aliis ordinatio-
nibus, & clausulis, ac derogationibus op-
portunis.

IV.

BENEDICTUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei; Ad perpetuam
rei memoriam.

EX quo, divinâ disponente clementia, ad su-
premum universi Christiani populi regimen
assumpti fuimus, considerantes debitum, quo
obstringebamur, Ecclesiarum, Sacrorumque Loco-
rum Immunitatem factam tectam, inviolatam,
que ubique custodiendi inter graviores suscepti
Apostolici Ministerii curas merito recenserim: diù,
multumque rationes, ac media Nobiscum expen-
dere non omisimus, quibus ipsa Immunitas in
pristinam venerationis, & reverentiæ locum
restitui posset, ac in omnibus Orbis Catholi-
cis regionibus ita observaretur, quemadmo-
dum prisca Majorum Nostrorum disciplina, &
vetus Canonice Sanctionum norma præ-
scripsit.

Exordium
à sua solici-
tudine pro-
tendens Ec-
clesiarum
Immunitati-
bus.

§. 1. Dum hæc sollicito animo revolveremus,
in oculos primùm incurrit celebris illa Con-
stitutio à fel. rec. Gregorio Papa XIV. Prædeces-
sore nostro edita, quæ incipit *Cum aliis*, qua
quidem Constitutione idem Gregorius Prædeces-
sor pro Pastoralis zelo suo hunc ipsam in scopum
intendens, facultates, & Indulta à quibusdam Ro-
manis Pontificibus, ac præsertim à S. Pio V., &
Sixto etiam V., Prædecessoribus iidem nostris,
tunc suis, concessa aliquibus Principibus, eo-
rumque Officialibus, & Magistratibus extrahendi,
ac abducendi ab Ecclesiis, aliisque locis immuni-
bus certorum criminum reos, & delinquentes,
reformavit, moderatiusque fuit; Simul autem de-
lictorum frequentia, unde publica tranquillitas
maximè perturbatur, occurrere volens, ac impe-
dire, quantum licebat, ne aliqua graviora à præ-
vis hominibus patrentur sub certâ impunitatis
spe, quam ex confugio ad loca immunita sibi
parabant, nonnulla expressit, & explicavit crimi-
na, & casus, in quibus laicos delinquentes Ec-
clesiasticâ Immunitate nequaquam gaudere vo-
luit, & decrevit; ac insuper Judices constituit,
qui in occurrentibus casibus, an delictum esset,
neq; in eadem Gregorianâ Constitutione exceptum,
cognoscere, & declarare deberent; certamque de-
mum formam in extractione prædictorum delin-
quentium à locis immunitibus observandam stabili-
vit, & inviolabiliter ab omnibus perpetuè obser-
vari mandavit, quemadmodum in prædicta Con-
stitutione anno Incarnationis Dominicæ 1591.
nono Kal. Junii promulgatâ ulterius continetur.

Tenor Con-
stitutionis
Gregorii Pa-
pæ XIV.

§. 2. Quoniam verò post editam hujusmodi
Constitutionem ob varias Doctorum eam inter-
pretantium sententias, & variam itidem Curia-
rum Ecclesiasticarum in illius executione praxim,
multiplices contentiones super vero, rectoque
ejus sensu inter Ecclesiastica, & Secularia Tribu-
nalia

Confirmat
innovat &
extendit
prout in
rubr.